



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 104. Ejusdem Pontificis Constitutiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Sæc. XVII. **H**oc item anno diē duodecima Decem-
 A. C. 1667. bris Clemens IX. Pontifex Max-
 mus in Quirinali Palatio tres Cardie-
 nales, unum Presbyteris, & duos Dia-
 conis Cardinalibus aggregavit. Horum
 primus erat Jacobus Rospilius Pape
 Nepos Cardinalis tit. S. Sixti. II. Leo-
 poldus Medices Ferdinandi II. Magni
 Etruriæ Ducis Frater Cardinalis pri-
 mum tit. SS. Cosmæ & Damiani, postea
 S. Mariæ in Cosmedin. III. Sigmundus
 Chisus Alexandri VII. Pontificis ex Fratre
 Nepos, Cardinalis tit. S. Mariæ in Dominica.

§. CIV.

Ejusdem Pontificis Constitutiones.

*Bull. magn.
 Const. Ale-
 xandri VII.
 & Clem. X.*

Non nisi duas Constitutiones Alexan-
 der VII. hoc anno edidit, jam gravi
 morbo præpeditus: die tamen duode-
 cima Martii Patribus Congregationis
 Somaſchæ indulſit, ut ſuos Scholares,
 Clericos, & Alumnos in ſeminario,
 ſuiſque Collegiis, ſine præjudicio jurium
 Parochialium, Eccleſiaſticæ ſepultura
 tradere valeant, ita tamen, ut ante-
 quam eos ſepeliant, Parochos deſuper
 certiores reddant: die autem vigefima
 ſecunda Januarii declaravit, quod in
 duplicibus Miſſæ de requiem non ce-
 lebrentur.

lebrentur, exceptis Anniversariis ex dispositione Testatorum relictis.

Sæc. XVII.
A. C. 1667.

Ejus vero Successor Clemens IX. die decima octava Julii Universale Jubilæum pro salutari Ecclesiæ Catholicæ regimine indixit; die etiã decima septima Septembris & die undecima & vigesima prima Octobris indulgit, ut in tota Pontificia ditone ab omnibus Clericis etiam Jesuitis, & Augustinianis officium cum octava de præcepto & Missa de Conceptione B. V. recitari & celebrari valeat, necnon Festum S. Ignatii sub ritu duplici, & quidem ab omnibus, qui ad Horas Canonicas adstringuntur: cum autem Joannes Baptista de Marinis Ord. FF. Prædicatorum Generalis summo Pontifici exposuisset, quod in Hibernia exorto novo persecutionum genere Catholici & præfertim Sacerdotes carceribus, exiliis, opprobriis, aliisque calamitatibus ob fidem orthodoxam graviter vexentur, & plures Religiosorum Communitates dissipentur, ac Missionarii dispergantur, atque ejiciantur, proin Missionarii ad labores Apostolicos ibidem numero sufficientes desint, hinc summus Pontifex ad præfati Generalis preces die decima nona Octobris concessit, ut pro sublevandis hisce Missionariis extra Hiberniam in aliis Catholicorum Principum

Re-

Sæc. XVII. Regnis nationalia sui Ordinis domicilia
 A. C. 1667. & Collegia erigere possit, in quibus
 tam exules Missionarii ob fidem pro-
 scripti asylum inveniunt, tum Hyber-
 norum juvenus Catholica studiis con-
 versarum, Sacrarumque literarum ju-
 giter ad Apostolicas Missiones eru-
 diatur.

§. CV,

Synodi Monasteriensis Decreta.

Celebrabat hoc anno die vigesima
 prima Martii & decima octava Octo-
 bris Christophorus de Gallen Monaste-
 riensis Episcopus duas Synodos Dia-
 cesanas, in quibus confirmatis priorum
 Conciliorum decretis præcepit, ut Pa-
 rochi Vicario Generali indicent in Pa-
 schate communicantium, Baptizato-
 rum, Matrimonio junctorum, Acathe-
 licorum, ad fidem reversorum, alieni-
 genarum & a fide deficientium nume-
 rum, ætatem, sexum, & conditionem.
 Præcepit insuper, ut Catholici moti
 ab hæreticorum famulatu revocentur.
 Denique prohibuit, ne quis deinceps
 ad beneficia aliquem præsentet, vel
 investiendi habentes præsentatum in
 possessionem beneficii inducant, qui ob
 evidentem redituum tenuitatem statum
 Clericali non congruere, nec vivere
 nec in locis beneficiorum residere valet.

§. CVI